

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Psalterium - Cod. St. Peter perg. 6 a**

**Oberrhein, [13. Jh. (nach 1235)]**

[urn:nbn:de:bsz:31-19312](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-19312)



in fidei meo deus interfecto

Comit hoc Galterium Arndmus ac  
Amplimus D. Philippus Jacobus Abbas  
Monij S. Petri in Sylva nigra.

An. 1754.

L. P. pag. 6a

Spitzel

Abgelöst vom Rücken der Handschrift :Nr.1 war oben,  
darunter Nr.2 und wieder darunter Nr.3.

13.4.65(

*v. R. Hr.*

PSALTERIUM  
Iudaeorum  
S. III.

Psalterium Merptum  
S. XI.

Psalter. Merptum  
de Anno circiter  
1500.

Abgelöst vom Rücken der Handschrift: Nr. 1 war oben,  
darunter Nr. 2 und wieder darunter Nr. 3.  
174.65)



St. Peter perg. 6<sup>a</sup>



7  
lunio erit pauperis: patientia pau-  
perum non peribit in finem. **E**xurge  
domine non confortet homo: iudicent  
gentes in conspectu tuo. **C**onstitu  
domine legis latorem super eos: ut  
sciant gentes quomodo homines sunt  
**V**t quid domine recessisti longe: de-  
spicias in oportunitatibus in tribulaci-  
one. **D**um superbit impius incen-  
ditur pauper: comprehendent in con-  
siliis quibus cogitant. **Q**uomodo lauda-  
tur peccator in desiderio anime  
sue: et iniquus benedicit. **A**xa-  
cerbavit dominum peccator: secundum  
multitudinem ire sue non queret.  
**N**on est deus in conspectu eius: iniqui-  
tate sunt uie illi in omni tempore.





**A**uferunt iudicia tua a facie eius:  
omniū inimicorū suorū dñabitur:  
**D**ixit enim in corde suo n̄ moue-  
bor a generatione i generationē  
sine malo. **Q**uius maledictione  
os plenum est: & amaritudine et  
dolo sub lingua eius labor et dolor.  
**S**edet in insidiis cum diuitib⁹ in  
occultis ut interficiat innocentem.  
**O**culi eius in paupē respiciunt: i-  
sidiatur in abscondito quasi leo i  
spelunca sua. **I**nsidiat ut rapiat  
paupē: raptē paupē dū attrahit  
eum. **I**n laqueo suo humiliavit  
eum: inclinabit se et cadet cū do-  
minatus fuerit paupē. **D**ixit enī  
i corde suo oblitus est d̄s auertit

3  
fatiem suā ne uideat in fine. **E**x-  
urge dñe dñs exaltet manus tua.  
ne obliuiscaris paupū. **P**ropter  
quid irritauit impius dñm. dixit  
enim i corde suo n̄ requirit. **V**ides  
quō tu labore et dolore cōsideras.  
ut tradas eos in manus tuas. **T**i  
bi derelictus est paup. orphano  
tu eris adiutor. **C**ontere brachi-  
um peccatoris & maligni. querit  
peccatum illi et n̄ inueniet. **D**ñs  
regnabit in eternum & in sc̄m sc̄i.  
pibitis gentes de terra illi. **D**eside-  
rium paupum exaudiuit dñs.  
p̄rationes cordis eoz audiuit  
auris tua. **I**udicare pupillo et  
humili. ut n̄ apponat ultra mag-

**I**nificare se homo sup̄ terram. **ps̄.**  
**H** domino confido quom̄ dicitis  
anime mee. transmigra in mon  
tē sicut passer. **Q**uō ecce peccores  
intenderunt arcū. parauerunt sa  
gittas suas in pharetra. ut sagittēt  
in obscuro rectos corde. **Q**uī que  
p̄fecisti destruxerunt. iustus autē  
quid fecit. **D**ñs in templo sc̄o suo.  
dominus in celo sedes ei. **O**culi ei  
in paup̄ respiciunt. palpebre ei  
interrogant filios hominū. **D**ñs  
interrogat iustū et impiū. qui aū  
diligit iniquitatē occidit animā  
suā. **P**luit sup̄ peccatores laque  
os ignis. et sulphur et sp̄c. p̄cellaz.  
pars calicis eoz. **Q**uō iustus dñs

et iusticias dilexit equitatem ui-

**S**dit uultus eius. **ps. 88**  
a. 2. v. um me fac dñe qm̄  
defecit sc̄s. quō diminute

sunt ueritates a filiis hominū.

**V**ana locuti sunt unusquisq; ad

proximum suum. labia dolosa in

corde et corde locuti sunt. **D**isp

dat dñs uniuersa labia dolosa.

linguam magniloquā. **Q**ui dix

erunt linguā nr̄am magnificabi

mus. labia nr̄a a nobis sunt q̄s

nr̄ dominus est. **P**ropter miseri

am inopū et gemitū paupum.

nunc exurgam dicit dñs. **P**onā

in saluttari. fiducialiter agā meo.

**E**loquia dñi eloquia casta. argen

tum igne examinatum. probatum  
terre purgatum septuplum. Tu  
dñe seruabis nos. et custodies  
nos a generatione hac i eternum.

**I**n circuitu impu ambulat. se  
cundum altitudinem tuam. multi  
plicasti filios hominu. **Ps. 88.**

**V**s: q: quo dñe obliuisceris  
me i finem. usq: quo  
auertis faciem tuam a me.

**Q**uamdiu ponam consilia in anima  
mea. dolore in corde meo p die.

**V**sq: q exaltabitur inimicus  
meus sup me. respice exaudi me  
dñe dñs mñs. **I**llumina oculos  
meos ne unquam obdormiam  
in morte. ne quando dicat ini

4  
micus m̄s preualui aduersus  
eum. **Q**ui t̄bulant me exulta  
bunt si motus fuero: ego aut̄ in  
m̄ia tua sp̄aui. **E**xultabit cor  
meum in salutar̄i tuo: cantabo

**D**ño qui bona t̄buit m̄: & psal  
lam nomini d̄ni altissimi. **R**

**D**ixit insipiens **V**  
in corde suo n̄ ē d̄s. **C**or  
rupti sunt et abhomina

biles facti sunt ī studiis suis: n̄  
ē qui faciat bonū n̄ ē usq; ad  
unum. **D**ñs de celo p̄spexit sup  
filios hominū: ut uideat si est  
intelligens aut̄ requirens d̄m.

**O**m̄s declinauerūt simul inu  
tiles facti sunt: n̄ est qui faci

at bonum n̄ ē usq; ad unū. **S**e  
pulcrum patens est guttur eoz;  
linguis suis dolose agebant; ue  
nenum aspiciū sub labiis eoz.

**Q**uoz os maledictione et amari  
tudine pleniū est. ueloces pedes  
eoz ad effundendū sanguinem.

**C**onticio et infelicitas in uis eoz;  
& uiam pacis n̄ cognouerunt.  
n̄ est timor dei ante oculos eoz.

**D**onne cognoscent om̄s qui op  
antur iniquitatē: qui deuorat  
plebē meā sicut escā panis. **D**ñs  
n̄ inuocauerunt illic trepidauerunt  
timore ubi n̄ erat timor. **Q**uō  
dñs in generatione iusta ē con  
siliū inopis confudistis quō

5  
dñs spes ei ē. **Q**uis dabit ex sy  
on salutare isrl' cū auerterit dñs  
captiuitatē plebis sue. exultabit  
iacob et letabitur isrl'. **ps 98.**

**D**ñs quis habitabit in tabi  
naculo tuo. aut quis requi  
escet i monte scō tuo. **Q**ui  
ingredit sine macula. & opatur  
iusticiam. **Q**ui loquit ue  
ritatē in corde suo. qui n̄ egit do  
lum i lingua sua. **N**ec fecit pxi  
mo suo malum. & obprobriū n̄ ac  
cepit aduersus pxiimos suos.  
**A**d nichilū deduct' ē i respectu  
ei malignus. timentes aut dñm  
glificat. **Q**ui iurat pxiimo suo  
& n̄ decip. q̄ pecuniā suā n̄ dedit



ā. Tu dñe seruañs nos et custodies nos. 4. Memor  
hui innoc. no. r. d.

ad usuram & munera sup inno  
centes ñ acceptit. Qui facit hec ñ

**Q** mouebit meññ. **Ps**  
**D** O M I N U S E R V A me dñe qm  
spau in te dixi dño dñs mñs  
ctu. quò bonoz meoz ñ eges. **S** cñs  
qui sñ in terra ei mirificauit omñs  
uoluntates meas in eis. **M** ultipli  
cate sunt infirmi tates eoz po  
stea accelerauerñt. **N** on cōgrega  
bo conuenticula eoz de sanguini  
bus: nec memor ero nominu eoz  
plabia mea. **D** ñs pars heredita  
tis mee et calicis mei: tu es qui re  
stitues hereditatē meā mñ. **F** unes  
cecidauerunt mñ in p̄claris: etenim  
hereditas mea p̄clara ē mñ. **B e**

6  
medicā dño qui t̄buit in intellec  
tum: insup et usq; ad noctē incre  
puerunt me renes mei. **P**roui  
debā dñm i cōspectu meo semper:  
quō adext̄s est in ne cōmouear:

**P**ropter hoc letatum est cor meū  
et exultauit lingua mea: insup  
et caro mea requiescet in spe.

**Q**uō n̄ derelinques animā meā  
i inferno: nec dabis sc̄m tuū ui  
dere corruptionē. **D**otas in feci  
sti uias uite: adimplebis me le  
ticia cum uultu tuo: delectatiōes  
in dextera tua usq; in finē. **ps.**

*a. Bonoy n̄  
idiges i te sp̄m  
serua me oia.*

**E**xaudi dñe iusticiā meā:  
i iudicando deprecacionē meā.  
**A**urib; p̄cipe orōnē meā:

n̄ in labiis dolosis. **D**e uultu tuo  
iudiciū meum p̄deat oculi tui ui  
deant equitates. **P**robaſti cor  
meū et uisitaſti nocte igne me  
examinaſti et n̄ inuenta in me  
iniquitas. **V**t n̄ loquat̄ os me  
um opa hominū. p̄pter uerba la  
bioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiu uias du  
ras. **P**erſice gressus meos i ſemi  
tis tuis ut n̄ moueant̄ ueſtigia  
mea. **E**go clamaui quō exau  
diſti me d̄s inclina aurē tuam  
m̄ et exaudi uerba mea. **O** iu  
ſifica m̄ias tuas qui ſaluos fa  
cis ſp̄antes uite. **A**reſiſtentibꝫ  
dextere tue cuſtodi me ut pu  
pillā oculi. **S**ub umbra alaz

7  
tuaz ptege me a facie impioꝝ  
qui me afflixerunt. **L**innuci  
mei animã meã circumdederũt  
adipẽ suũ cõcluserũt os eoz locu-  
tum est supbiam. **P**roicientes  
me nunc circumdederunt me: ocu-  
los suos statuerũt declinare i ter-  
rã. **S**usceperunt me sicut leo  
paratus ad preclã: et sicut catu-  
lus leonis habitans in abditiis.  
**E**xurge dñe preueni eũ & sub-  
planta eum. et subplanta eũ eri-  
pe animã meã ab impio fram  
meã tuã ab inimicis manũ tue.  
**D**ñe a paucis de terra diuide  
eos in uita eoz: de absconditis  
tuis adimpletus est uentũ eoz.

**S**aturati sunt filii & dimiserunt  
reliquias suis parvulis suis.

*a. Ppt vba labi  
ez moy ego custo  
dium vias duras.*

**E**go aut in iusticia mea appare  
bo in conspectu tuo. **ps 88**  
apparuerit gla tua.

**D**iligam te dñe virtus mea  
domini firmamentu meum  
et refugiu meum & liberator

**D**ñs meus adiutor meus & sp  
bo meum. **P**rotector meus & cor  
nu salutis mee et susceptor meus.

**L**audans invocabo dñm et ab  
inimicis meis saluus ero. **C**ir  
cumdederunt me dolores mortis  
& torrentes iniquitatis contur  
bauerunt me. **D**olores inferi  
circumdederunt me. precipauerunt

me laquei mortis. **I**n tribulatione  
mea inuocaui dñm: & ad dñm  
meū clamaui. **E**t exaudiuit de  
templo scō suo uocem meā: &  
clamos mīs in conspectu ei' utro-  
uit in aures eius. **C**ommo-  
ta ē et cōtremuit terra: & funda-  
menta montū cōturbata sūt:  
& cōmota sūt. quō uat' est eis.  
**A**scendit fumus in ira ei' & ignis  
a facie ei' exarsit: carbonēs succē-  
si sūt ab eo. **I**ndinauit celos  
& descendit: & caligo sub pedib'  
eius. **E**t ascendit sup cherubi  
& uolauit: uolauit sup pennas  
uentoz. **E**t posuit tenebras  
labulū suū: in circuitu eius ta-

bernaculum eius: tenebrosa aq̄  
in nubibus aeris. **P**re fulgore  
in conspectu eī nubes tr̄sierunt.  
grando et carbones ignis. **E**t in  
tonuit de celo dñs: & altissimus  
dedit uocem suam grando & car  
bones ignis. **E**t misit sagittas  
suas et dissipauit eos: fulgura  
multiplicauit & conturbauit  
eos. **E**t apparuer̄ fontes aquarū:  
& reuelata sunt fundamenta  
orbis terrarū. **A**b increpacione  
tua dñe: ab inspiratione sp̄s ire  
tue. **M**isit de summo et accepit  
me: & assumpsit me de aquis  
multis. **R**ipuit me de inimicis  
meis fortissimis: & ab his q̄

9  
oderunt me quō confortati sūt  
sup me. **P** reuenerunt me in  
die afflictionis mee. et factus ē  
dominus p̄tector m̄s. **E**t edux̄  
me in latitudinē. saluū me fecit  
quō uoluit me. **E**t retribuet in  
dñs scđm iusticiam meā. & scđm  
p̄ritatē manūū mear̄ retribuet  
m̄. **Q**uia custodiu uias dñi.  
nec impie gessi a deo meo. **Q**uoniam  
omnia iudicia eius in conspectu  
meo. et iusticias eius n̄ repuli  
a me. **E**t ero immaculat̄ cū eo.  
& obseruabo me ab iniquitate  
mea. **E**t retribuet in dñs scđm  
iusticiam meā. et scđm p̄ritatē  
manūū mear̄ in conspectu ocl̄or̄



eius. **Q**um scō scs eris. & cū ui  
ro innocente innocens eris. **E**t  
cum electo electus eris. et cū pū  
so puerteris. **Q**uō tu pplm hu  
mitem saluum faties. et oculos  
supboz humiliabis. **Q**uō tu  
illuminas lucernā meā dñe. dñs  
mīs illumina tenebras meas.

**Q**uō uite eripiar a temptatio  
ne. et in dō meo tranſgrediar  
murum. **D**ñs mīs inpolita uia  
eius. eloquia dñi igne examina  
ta. p̄tector ē omnium spantiū i se.

**Q**uō quis dñs p̄ter dñm. aut q̄s  
dñs p̄ter dñm nr̄m. **D**ñs qui p̄cin  
xit me uirtute. & posuit imacu  
latam uiam meā. **Q**ui p̄fecit

70  
pedes meos tamquam ceruorum: et  
sup excelsa statuens me. **Q**ui  
docet manus meas ad p̄lium:  
& posuisti ut arcum ereuū bra-  
chia mea. **E**t dedisti in p̄tecti-  
onē salutis tue: et dextera tua su-  
scepit me. **E**t disciplina tua cor-  
rexit me in finē: & disciplina tua  
ip̄a me docebit. **D**ilatasti gres-  
sus meos subtus me: et n̄ sunt  
infirmata uestigia mea. **P**er-  
sequar inimicos meos et cōpre-  
hendam illos: & n̄ conuertar  
donec deficiant. **C**onfringam  
illos nec poterunt stare: cadent  
subtus pedes meos. **E**t pre-  
cinxisti me uirtute ad bellū.

subplantasti insurgentes in me  
subtus me. **E**t inimicos meos  
dedisti in dorsum: & odientes  
me dispdisti. **C**lamauerunt  
nec erat qui saluos faceret ad  
dñm: nec exaudiuit eos. **E**t  
communiã eos ut puluerẽ an  
te faciem uenti: ut lutũ plate  
arum delebo eos. **A**ripies me  
de cõtradictionib' ppli: ostitues  
me in caput gentiũ. **P**p'ls quẽ  
n̄ cognoui seruiuit in: inaudi  
tu auris obediuut in. **F**iliũ ali  
eni mentiti sunt in: filiũ abie  
ni inueterati sunt: & claudica  
uerunt a semitis suis. **V**iuat  
dñs et benedictus d's n's: et ex

alter d's salutis mee. **D** s qui  
das uindicta in: & subdis p'p'os  
sub me: liberato: n'is de inimi  
cis meis iracundis. **E**t ab in  
surgentibz in me exatabis me a  
uiu iniquo eripies me. **P** rop  
terea confitebo: t' in nationibz  
d'ne: & nomini tuo psalmu di  
cam. **M**agnificans salutes regis  
eius: et faciens misericordiam xpo suo  
dauid: & semini ei usq; i sc'm.

*a. Diligā te d'ne  
uirus mea d' d'ne  
in illunias*

**C** 1. enarrant **P** **D** **D**  
gl'am d'i: et opa manuū  
eius annuntiat firma  
mentū. **D** ies diei eructat iūbū:  
& nox nocti indicat scientiam.  
**N** on sūnt loquēle neq; sermo

nec quorum non audiantur uoces eorum.  
**I**n omnem terram exiit sonus eorum  
& in fines orbis terre uerba eorum.  
**I**n sole posuit tabernaculum suum  
et ipse tamquam sponsus procedens  
de thalamo suo. **E**xultauit  
ut gigas ad currentem uiam  
a summo celo egressio eius. **E**t occur-  
sus eius usque ad summum eius:  
nec est qui se abscondat a calore  
eius. **L**ex domini immaculata conuer-  
tent animas: testimonium domini fi-  
dele sapientiam prestans paru-  
lis. **I**usticie domini recte letificant  
corda: preceptum domini lucidum illu-  
minant oculos. **T**imor domini sanctus  
permanens in seculum seculi: iudicia do-

muni uera iustificata in semet  
 ipa. **D**esiderabilia sup aurū et  
 lapide preciosum multum: et  
 dulciora sup mel et fauū. **E**te  
 nim seruus tuus custodit ea. i  
 custodiendis illis retribucio mul  
 ta. **D**elicta quis intelligit ab  
 occultis meis munda me: et ab  
 alienis parce seruo tuo. **S**i mei  
 n̄ fuerint dominati: tunc unma  
 culatus eris: et emundabor a de  
 licto maximo. **E**t erunt ut cō  
 placeant eloquia oris mei: et  
 meditatio cordis mei incōspectu  
 tuo semp. **D**ne adiutor  
 n̄s: et redemptor n̄s. **ps** **vv**  
**x** **a**: **v**: **d**iat te dñs in die



a. flo s loque mag ser  
 moues q̄ r̄o auctat  
 nocet eoy.

tribulationis: ptegat te nomen dei  
iacob. **D**icitat t' auxiliū de scō: et  
de syon tueat' te. **M**emoz sit om  
nis sacrificiū tuū: et holocaustum tu  
um pingue fiat. **T**ribuat tibi  
secundum cor tuum: et omne cōsili  
um tuū cōfirmet. **L**etabimur in  
salutari tuo: & in nomine dñi dei  
nr̄i magnificabim'. **I**npleat do  
minus om̄s petitiones tuas: nūc  
cognoui quō saluū fecit dñs xp̄m  
suum. **E**xaudiat illum de celo  
scō suo: in potentatibz salus dex  
tere eius. **H**u incurrībz et hu i  
equis: nos autē i nomine dñi dñi  
nr̄i inuocabim'. **I**psi obligati s̄t  
& cecider̄: nos autē surrexim' et

73  
erecti sumus. **D**ne saluum fac  
regē et exaudi nos ī die qua in  
uocauerimus te. **ps v v**

ā. Gaudeat te  
dō ī die tribulatiōis.

**D**ne in uirtute tua leta  
bitur rex et sup salutare  
tuum exultabit uehementer:

**D**esiderium cordis eius tribuisti  
ei et uoluntate labioꝝ eius n̄ frau  
dasti eū. **Q**uō preuenisti eū ī be  
nedictionibꝫ dulcedinis: posuisti  
in capite ei coronā de lapide pre  
ioso. **V**itam pecuit a te et tribuisti  
ei longitudinē dierū ī sc̄lm et ī  
sc̄lm sc̄li. **M**agna ē gl̄a eius in sa  
lutari tuo: gl̄am & magnum deco  
rem impones sup eū. **Q**uō dabis  
eum in benedictionibꝫ in sc̄lm sc̄li



letificabit eum in gaudio cū uul-  
tu tuo. **Q**uō rex sperat in dño. et  
in misericordia altissimi n̄ cōmouebit̄.  
**I**nueniat̄ manū tua omnibz in-  
micis tuis. dextera tua inueniat  
omnes qui te oderūt. **P**ones eos  
ut clybanū ignis in tempore uul-  
tus tui. dñs ira sua cōturbabit  
eos. et deuorabit eos ignis. **F**ru-  
tum eoz de terra p̄des. & semen  
eoz a filiis hominū. **Q**uō decli-  
nauerunt uite mala. cogitauerūt  
cōsilia que n̄ potuerūt stabilire.  
**Q**uō pones eos dorsū i reliquiis  
tuis p̄parabis uultū eoz. **E**xal-  
tate domine in uirtute tua. cā-  
tabim̄ et psallem̄ uirtutes tuas.

Die in uirtute t.  
Ierabz rex. v. Exalta  
te domine in uirtute tua. Cant. 7



**D**

**D**ñs dñs nŕ respice **ps 88**  
in me. quare me dereliqisti  
longe a salute mea uer-  
ba delictorū meorū. **D**ñs nŕ cla-  
mabo p̄ diem et n̄ exaudies. et  
nocte et n̄ ad insipientiā m̄. **T**u  
autē in scō habitas. laus isrl̄. **I**n  
te spauerunt patres nŕ spauerūt  
& liberaſti eos. **A**d te clamauerūt  
et salui facti sūt. in te spauerūt  
& n̄ sunt confusi. **E**go autē sū  
uermis et n̄ hō. obprobriū hominū  
et abiectio plebis. **O** nŕ uiden-  
tes me deriserūt me. **l**ocuti sunt labiis & mouerūt  
caput. **S**pauit in dño eripi-  
at eum. saluū faciat eū quō uult

eum. **Q**uō tu es qui extraxisti  
me de ventre spes mea: ab uberib<sup>9</sup>  
matris mee: uite plect<sup>9</sup> sum ex uero.

**D**e ventre matris mee d<sup>s</sup> m<sup>i</sup>c<sup>9</sup> estu:  
ne discesseris a me. **Q**uō t<sup>b</sup>ulatio  
p<sup>r</sup>ima est: quō n̄ ē qui adiuuet.

**C**ircumdeder<sup>9</sup> me uirtuti multi:  
tauri pingues obsecder<sup>9</sup> me.

**A**puerunt sup me os suū: sicut leo  
rapiens et rugiens. **S**icut aqua  
effusus sum: et dispersa sunt omnia  
ossa mea. **F**actum est cor meū  
tamquā cera liquefens: in me  
dio uentris mei. **A**ruit tāquā  
testa uirtus mea: & lingua mea  
adhesit faucib<sup>9</sup> meis: et in pulue  
rem mortis deduxisti me. **Q**uō

circumdelect me canes multi: cō  
ciliū malignantiū obsecit me.  
**F**oderunt manus meas et pedes  
meos: dinumerauer̄ omnia ossa  
mea. **I**psi uero cōsiderauer̄ et  
inspexerunt in me diuiserūt s̄  
uestimenta mea: et sup uestem  
meam miserunt sortē. **T**u aū  
dñe ne elongaueris auxilium  
tuum: ad defensionē meā cōspi  
ce. **E**ripe a frā mea dñs animam  
meā: et de manu canis unicam  
meā. **S**alua me ex ore leonis:  
& a cornib' unicorniū humilita  
tem meā. **D**arrabo nomen  
tuum frībus meis: in medio eccle  
laudabo te. **Q**ui timetis dñm

laudate eum: uniuersum sem̄  
iacob glorificate eū. **T**imeat eū  
omne semen isrl: quō n̄ spreuit  
neq; despexit deprecationē paup  
is. **N**ec auertit faciem suā a me:  
q̄ cum clamarem ad eū exaudi  
uit me. **A**put te laus mea in  
ecc̄lā magna: uota mea reddā ī  
conspectu timentū eū. **E**dant  
pauperes et saturabunt: q̄ lau  
dabunt dñm qui requirunt  
eum: uiuent corda eoz in sc̄m  
seli. **R**eminiscēt et cōuertēt  
ad dñm: uniuersi fines terre.  
**E**t adorabunt in conspectu ei:  
uniuerse familie gentiū. **Q**m̄  
dñi est regnum: et ip̄e dñabitur

gentium. **D** audierunt et adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes que descendunt in terram. **E**t anima mea illi uiuet: et semen meum seruetur. **A**nnuntiabitur domino generatio uentura: et annuntiabit celi iusticiam eius: populo qui nascetur quem fecit dominus.

**D**ominus regit me et nichil in dereliquit in loco pascue ibi me collocauit. **S**uper aquam refectio nis educauit me: animam meam conuertit. **D**educit me super semitas iusticie: propter nomen suum. **N**am et si ambulauero in medio umbre mortis non timebo mala

quō tu mecum es. **V**irga tua &  
baculus tuus: ip̄a me consolata s̄.

**P**arasti in conspectu <sup>meo</sup> mensā: adu-  
sus eos qui t̄bulant me. **I**n pin-  
guasti in oleo caput meū: et calix  
m̄s inebrians quam preclarus ē.

**E**t misericōdia tua subsequet̄ me:  
omnibz diebus uite mee. **E**t ut  
inhabitem in domo d̄ni. in lon-  
gitudine dierum. **ps̄ 88**

**D**omi-  
**D**omi-  
ni: est terra et plenitudo ei:  
orbis terraz et uniuersi q̄  
habitant in eo. **Q**uia ip-  
se sup maria fundauit eum: et su-  
per flumina ip̄parauit eum. **Q**ui  
ascendet in montē d̄ni: aut qui  
stabit in loco sc̄o eius. **I**n nocēs

17  
mambus & mudo corde qui n̄ ac  
cepit in uano animā suā: nec iura  
uit in dolo pximo suo. **H**ic ac  
cipiet benedictionē a dño: & mi  
scdām a dō salutarī suo. **H**ec ē  
generatio querentiū eum: que  
rentiū fatiem dei iacob. **A**ttolli  
te portas p̄ncipes ur̄as: et eleua  
mini porte eternales et int̄abit  
rex gl̄e. **Q**uis est rex gl̄e: dñs for  
tis et potens: dñs in p̄lio. **A**ttol  
lite portas p̄ncipes ur̄as: et eleua  
mini porte et̄nales: & int̄abit rex  
gl̄e. **Q**uis est iste rex gl̄e: dñs ū  
tūm ip̄e ē rex gl̄e. **Ps̄**  
**A** **D** te dñe leuaui animā  
meam: dñs m̄s in te confi





do n̄ erubescam. **N**eq; irideant  
me inimici mei: etenim uniuersi  
qui sustinent te n̄ confundentur.

**C**onfundantur om̄s iniqua agē  
tes: sup uacue. **V**ias tuas demō  
stra m̄: et semitas tuas doce me.

**D**irige me in ueritate tua et doce  
me: quia tu es saluator m̄s et te  
sustinui tota die. **R**eminiscere  
misericordiarū tuarū dñe: et m̄iarū  
tuarū que a sc̄lo s̄t. **D**elicta iuuen  
tutis mee: et ignorantias meas ne  
memneris. **S**cdm m̄iam tuam  
memento mei: tu ppter bonitatē  
tuam domine. **D**ulcis et rectus  
dñs: ppter hoc legem dabit delin  
quentib' in uia. **D**iriget mansue

78  
tos in iudicio: docebit inites vias  
suas. **V**niuersa uia dñi misericordia  
& ueritas: requirentibus testamentum  
eius et testimonia ei. **P**ropter no-  
men tuum domine propiciaberis pec-  
cato meo. multum est enim. **Q**uis  
est homo qui timet dominum: legem  
statuit ei in uia quam elegit.

**A**nima eius in bonis demorabitur:  
et semen eius hereditabit terram.

**F**irmamentum est dominus timen-  
tibus eum: et testamentum ipsius ut  
manifestetur illis. **O**culi mei semp  
ad dñm: quoniam ipse euellet de laqueo  
pedes meos. **R**espice in me et  
miserere mei: quia unicus & pau-  
per sum ego. **T**ribulationes cor

dis mei multiplicatae sunt: de  
necessitatibus meis erue me. **V**i  
de humilitatem meam et laborem  
meum: et dimitte universa delic  
ta mea. **R**espice inimicos meos  
quoniam multiplicati sunt: et odio in  
iquo oderunt me. **C**ustodi  
animam meam et erue me: non erube  
scam quoniam speravi in te. **I**nnocē  
tes et recti adhererunt mihi: quia  
sustinuisti te. **L**ibera deus israel ex

**I**nnocentia mea ingressus  
sum: et in domino speravi non in  
firmabor. **P**roba me domine et  
tempta me: ut renes meos et

19  
cor meū. **Q**uō miscētā tua an  
te oculos meos est. et cōplacui ī  
ueritate tua. **N**on feci cū cōci  
lio uanitatī. & cum iniqua ge  
rentibus n̄ utroibo. **O** diui ec  
clāi malignantiū. & cū impiis  
n̄ sedlebo. **L**auabo inter inno  
centes manus meas. & circūda  
bo altare tuū dñe. **V**t audiā  
uocem laudis. et enarrē uniuersa  
mirabilia tua. **D**ñe dilexi  
decorem domus tue. et locū ha  
bitacionis glē tue. **N**e p̄das  
cum impiis dñs animā meā. et  
cum uiris sanguinū uitā meā.  
**I**n quoz manib⁹ iniquitates sūt.  
dextera eoz repleta ē munerib⁹.

9

**E**go autē in innocentia mea in-  
gressus sū. redime me et misere-  
re mei. **P**es m̄s stetit in direc-  
to. in ecclesiis benedicam̄ dñe.



et salus mea quē timebo. **D**o-  
minus p̄tector uite mee. a quo  
trepidabo. **D**um appropriāt  
sup me nocentes. ut edant  
carnes meas. **Q**ui t̄bulant

20  
me inimici mei ipsi infirmati  
sunt et ceciderunt. **S**i consistat  
aduersum me castra. non timebit  
cor meum. **S**i exurgat aduer-  
sum me prelium. in hoc ego spa-  
bo. **V**nam pecuniam a domino hanc  
requiram. ut inhabitem in domo  
domini omnibus diebus uite mee. **V**t  
uideam uoluntatem domini. et uisitem  
templum eius. **Q**uoniam abscondit  
me in tabernaculo suo. in die  
malorum protexit me. in abscondito  
tabernaculi sui. **I**n petra ex-  
altauit me. et nunc exaltauit  
caput meum super inimicos meos.  
**C**ircumui et immolaui in tab-  
naculo eius. hostiam uociferacio

nis cantabo & psalmū dicā dño.

**E**xaudi dñe uocem meam qua  
clamaui ad te miserere mei et  
exaudi me. **T**ibi dixit cor me-  
um exquisiuit te facies mea. fa-  
ciem tuā requirā. **N**e auertat  
faciem tuā a me. ne declines i-  
ra a seruo tuo. **A**d iutoris mī  
esto ne derelinquas me. neq;  
despicias me dñs salutaris mī.  
**Q**uō pater mī et mater mea  
dereliquerūt me. dñs autē assūp-  
sit me. **L**egem pone mī dñe  
in uia tua & dirige me in semita  
recta ppter inimicos meos. **N**e  
tradideris me. i animas tribu-  
lantium me. quō insurrexerūt

// dñe

21  
in me testes iniqui et mentita ē  
iniquitas s̄. **C**redo uidere bo  
na dñi in terra uiuentium. **E**x  
pecta dñm uiriliter age et con  
fortetur cor tuū et sustine dñm.

**A** **A**d te domine clamabo. dñs  
m̄s ne sileas a me ne quādo  
taceas a me. et assimilabor  
descendentibz in lacū. **E**xaudi  
dñe uocem deprecationis mee.  
dū oro ad te dñm extollo manū  
meas ad templū sc̄m tuū. **N**e  
simul tradas me cū peccatoribz. q̄  
cum operantibz iniquitatē ne p  
das me. **Q**ui locutur pacem  
cum pximo suo. mala aut̄ in cor  
dibz eoz. **D**a illis sc̄d̄m opa ip̄oz.



et secundum nequitiam adinventionum  
iporum. **S**ecundum opera manuum eorum tribue  
illis. recede retributione eorum ipsis.

**Q**uoniam non intellexerunt opera domini. et opera  
manuum eius destrues illos et non  
edificabis eos. **B**enedictus dominus  
quoniam exaudivit vocem deprecationis  
mee. **D**ominus adiutor meus et protector  
meus. et in ipso speravit cor meum et ad-  
iutus sum. **E**t reflexit caro mea  
et ex voluntate mea confitebor illi.

**D**ominus fortitudo plebis sue. et protector  
salvationum christi sui est. **S**alvum  
fac populum tuum domine. et benedic heredi-  
tati tue et rege eos et extolle il-  
los usque in eternum. **ps. 124**

a. 124. defensor  
vultus mee.

**A**FFERTE dño filii dei.  
**A**fferre dño filios arietum.

**A**fferre dño glām et ho-  
 norem: afferre dño glām nomini  
 eius: adorate dominiū in atriō scō ei.

**V**ox dñi sup aquas: dñs maiestatis  
 intonuit: dñs sup aquas multas.

**V**ox dñi in uirtute: uox dñi in  
 magnificentia. **V**ox dñi cōfrin-  
 gentis cedros: et confringet dñs ce-  
 dros lībani. **E**t comminuet eos  
 tamquam uttilus lībani: et dilect⁹  
 quemadmodū filius unicornium.

**V**ox dñi intercidentis flāmā ignis:  
 uox domini concuientis desertū:  
 & commouebit dñs desertū cades.

**V**ox dñi īparantis ceruos: et reue-

labit condensa: & in templo eius  
omnes dicent gl'am. **D**ñs dilu  
uium inhabitare facit. et sedebit  
dominus rex in eternū. **D**ñs uir  
tutem pplo suo dabit. dñs bene  
dicet pplo suo in pace. **ps 89.**

**G**ra a. 2. tabo te dñe qm su  
scepisti me. nec delectasti  
inimicos meos sup me.

**D**ñe d's n's clamabo ad te et sa  
nasti me. **D**ñe eduxisti ab infer  
no animam meam. saluasti me  
a descendenti' in lacū. **P**salli  
te dño sc'i ei' et confitemini me  
morie sc'itatis eius. **Q**uō ira in  
indignatione eius: & irata in uo  
luntate eius. **A**d uespam de

23  
morabitur fletus et ad matutinum leticia. **E**go autem dixi in habundancia mea non moueboz in eternum. **D**omine in uoluntate tua proficisci decori meo iustitiam. **A**uertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. **A**d te domine clamabo et ad dominum meum deprecabor. **Q**ue utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem. **N**umquid confitebitur tibi puluis annuntians ueritatem tuam. **A**udiuit dominus et misericors est mei dominus factus est adiutor meus. **C**onuertisti plancum in gaudium in cecidisti saccum meum et circumdediti me

leticia. **V**t cantet t̄ gl̄a mea et  
n̄ conpungar. d̄ne d̄s n̄s ineter-  
num confitebor tibi. **ps̄ 88.**

**N**ō te d̄ne speravi n̄ cōfun-  
dar in eternum. in iusticia  
tua libera me. **I**nclina  
ad me aurem tuam. acce-  
lera ut eruas me. **E**sto m̄ in  
d̄m p̄tectorē et in domū refugii  
ut saluum me facias. **Q**uō for-  
tutudo mea et refugium meū es  
tu. et p̄pter nomen tuū deduces  
me et enutries me. **E**duces  
me de laqueo quē abscondierūt  
m̄. q̄m tu es p̄tector n̄s. **I**n  
manus tuas commendo sp̄m  
meū. redemisti me d̄ne d̄s ueri

tatis. **O** disti obseruantes ua-  
 nitates: sup uacue. **E**go autē  
 in dño speraui: exultabo et leta-  
 bor in miscdā tua. **Q**uō respe-  
 xisti humilitatē meā: saluasti  
 de necessitatibz animam meā.

**N**ec conclusisti me in manib' mi-  
 mici: statuisti in loco spaciofo pe-  
 des meos. **M**iserere mei dñe

quō t̄buloz conturbat' est iura  
 oculus m̄s: anima mea et uent̄

m̄s. **Q**uō defect in dolore uita  
 mea: et anni mei in gemitibz.

**I**nfirmata est in paup̄tate uirtus  
 mea: & ossa mea conturbata s̄.

**S**up om̄s inimicos meos factus  
 sum: obp̄brium uicinis meis ual

de et timor notis meis. **Q**ui uidebant me foras fugiebant a me obliuioni datus sum tãquã mortuus a corde. **F**actus sum tamquã uas p̄ditũ: quõ audiui uitupationẽ multoz cõmoranti um in circuitu. **I**deo dũ cõuenirent simul aduersum me: accipe animã meã. consiliati sũt. **E**go aut̃ uite sp̄au dñe: dixi dñs m̄s est in manibz tuis sortes mee. **E**ripe me de manu inimicor meoz: et a p̄sequentibz me. **I**llustratiõem tuã sup̄ seruuũ tuũ: saluuũ me fac in misericõdia tua: dñe ne confundar quõ inuocaui te. **E**rubescant impii & deducant̃

25  
in infernū. mitta fiant labia do-  
losa. **Q**ue locunt aduersus iu-  
<sup>riq̄tate</sup>stium in supbia et in abusione.

**Q**uam magna multitudo dul-  
cedinis tue dñe. quam abscondisti  
timentib' te. **P**erfecisti eis qui  
spant uite in conspectu filioꝝ ho-  
minum. **A**bscondes eos i absco-  
dito faciei tue. a conturbatioe  
hominū. **P**roteges eos in taber-  
naculo tuo. a cōtradictioe ling-  
uar. **B**enedictus dñs quō miri-  
ficauit misericordiam suam in inci-  
uitate inunita. **E**go autē dixi  
in excessu mentis mee. prectus sū  
a facie oculoꝝ tuoꝝ. **I** dño exau-  
disti uocē orōnis mee. dum cla-

25



marem ad te. **D**iligite dñm om-  
nes sc̃i eius: quō ueritatē requi-  
ret dñs: & retribuet habundant̃  
fatientib⁹ supbiam. **V**iriliter  
agite et confortet̃ cor ur̃m: om̃s  
qui speratis in dño. **ps̃. 118.**

**B**eatus uir cui ñ  
imputabit dominus peccatum:  
nec est in sp̃u eius dolus. **Q**m̃  
tacui inueterauer̃ ossa mea: dñ  
clamarem tota die. **Q**m̃ die ac  
nocte grauata est sup me ma-  
nus tua: conuersus sum in erup-  
na mea dum confingitur spina.  
**D**elictum meum cognitū ē feci:

26  
et iniusticiam meam non abscondi.

**D**omi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino. et tu remisisti impietatem peccati mei. **P**ro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. **V**eruntamen in diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabit. **T**u es refugium meum a tribulatione que circumdedit me. exultatio mea erue me a circumstantibus me. **I**ntellectum tibi dabo et instruam te. in uia hac que gradieris firmabo super te oculos meos. **N**olite fieri sicut equus et mulus. quibus non est intellectus. **I**n chamo et freno maxillas eorum constringe. qui non approximant

26

ad te. **Q**uitta flagella peccatoris.  
spantem autē in domino miā cir-  
cūclabit. **L**etamini in dño et  
exultate iusti. et glāmini omnes

**S**irecti corde. **ps** ~~118~~  
**XV.** **2.** tate iusti in dño. rec-  
tos decet collaudatio. **Cō**  
fitemini dño in cithara. in psalte-  
rio decem cordaz psallite ei. **C**an-  
tate ei canticū nouū. bene psalli-  
te ei in uociferacione. **Q**uia rec-  
tum est uerbum dñi. et omnia  
opa eius in fide. **D**iligite miām  
& iudiciū. miā dñi plena ē terra.  
**V**erbo dñi celi firmati sūt. & spū  
oris eius omnis uirtus eoz. **Cō**  
gregans sicut in uterē aq̄s maris.

27  
ponens in thesauris abyssos. **T**imeat  
dominum omnis terra: ab eo autem  
commoveantur omnes inhabitantes  
orbem. **Q**uoniam ipse dixit et facta sunt:  
ipse mandavit et creata sunt. **D**ominus  
dissipat consilia gentium: reprobat  
autem cogitationes populorum: et reprobat  
consilia principum. **C**onsilium  
autem domini in eternum manet: cogita-  
tiones cordis eius in generatione  
et generatione. **B**eata gens cui  
est dominus deus eius: populus quem elegit in he-  
reditatem suam. **D**e celo respexit do-  
minus: vidit omnes filios hominum.  
**D**e preparato habitaculo suo: re-  
spexit super omnes qui habitant ter-  
ram. **Q**ui finxit sigillata corda eorum:

qui intelligit omnia opa eoz.

**N**on saluat rex p̄ multā uirtu-  
tem: et gýgas ñ saluabitur in  
multitudine uirtutis sue. **F**al-  
lax equus ad salutem in hab-  
autē : uindantia uirtutis sue ñ sal-  
uabit. **E**cce oculi dñi super  
metuentes eum: & in eis qui sp̄-  
ant sup misericordā eius. **V**t eru-  
at a morte animas eoz: & alat  
eos in fame. **A**nima nr̄a su-  
stinet dñm: quō adiutor et p̄-  
tector nr̄ est. **Q**uia in eo leta-  
bitur cor nr̄m: et in nomine  
sc̄o ei sp̄auimus. **F**iat misericordā  
tua dñe sup nos: quēadmodū  
sp̄auimus in te. **ps — v — v**

**B** **E** **U** **E** **d** **i** **c** **a** **d** **n** **o** **i** **n** **o** **m** **n** **i**  
 tempore. semp laus eius in  
 ore meo. **I** **n** **d** **n** **o** **l** **a** **u** **d** **a** **b** **i** **t**  
 anima mea. audiant mansue  
 ti et letentur: **M** **a** **g** **n** **i** **f** **i** **c** **a** **t** **e** **d** **o**  
 minum meum. & exaltent nomen  
 eius in idipsum. **E** **x** **q** **u** **i**  
 sivi dominum et exaudiuit me:  
 & ex omnibus tribulationibus me  
 iscripuit me. **I** **s** **t** **e** **p** **a** **u** **p** **d** **a** **m** **a**  
 uit et dñs exaudiuit eum: et de  
 omnibus tribulationibus eius sal  
 uabit eum. **I** **n** **m** **i** **t** **t** **i** **t** **a** **n** **g** **e** **l** **u** **s**  
 dñi in circuitu timentium eum: et  
 eripiet eos. **G** **u** **s** **t** **a** **t** **e** **e** **t** **u** **i** **d** **e** **t**  
 quò suavis est dñs: beatus uir  
 qui sperat in eo. **T** **u** **m** **e** **t** **e** **d** **n** **u** **m**

**A** **c** **c** **e** **d** **i** **t** **e** **a** **d** **e** **u** **m** **e** **t** **u** **l** **l** **a** **m** **i** **n** **a** **m** **i** **n** **i**  
 et facies uestre non confundentur.

omnes sc̄i eius: quō n̄ ē iopia t̄  
t̄tibz eum. **O** iustes eguerunt  
& esurierunt: inquirentes aut̄  
dominū n̄ inueniēt omni bono.

**V**enite filiū audite me timorē  
d̄ni docebo uos. **Q**uis est h̄o q̄  
uult uitā: diligit dies uidere bo  
nos. **P**roibe linguā tuā a malo:  
et labia tua ne loquant̄ dolum.

**D**iuerte a malo et fac bonū: inq̄  
re pacem & p̄sequere eam. **O**cu  
li domini sup iustos: et aures ei  
inpreces eoz. **V**ultus aut̄ sup  
fatientes mala: ut p̄dat de ter  
ra memoriam eoz. **C**lamauer̄  
iusti et d̄ns exaudiuit eos: et ex  
omnibz t̄bulationibz eoz libe

ravit eos. **L**uxta ē dñs hñs  
 qui t̄bulato sūt: corde et hu  
 miles sp̄u saluabit. **O** utte  
 t̄bulationes iustoz: et de hñs  
 omnibz liberauit eos dñs. **C**y  
 stodit dominus omnia ossa eoz:  
 unum ex hñs ñ conteret. **O** os  
 peccatoz pessima: et qui oder  
 iustum delinquent. **R**edimet  
 dñs animas seruoꝝ suoꝝ: et ñ  
 delinquent omnes q̄ sp̄at̄ i eo. **P**

a. Redos decet col  
 laudato.

**I** **V** **V** **I** **C**a dñe nocentes me:  
 expugna impugnantē me.  
**A**pprehende arma et scu  
 tum: et exurge in adiutorē  
 um m̄. **E**ffunde frameā et cō  
 clude aduersus eos: q̄ p̄secunt̄



me dic anime mee salus tua  
ego sum. **C**onfundant et re  
uerantur: quereutes animam  
mea. **A**uertant retrorsu et co  
fundant cogitantes in mala.  
**F**iant tamqua puluis ante fa  
ciem uenti: et angl's d'ni coar  
tant eos. **F**iat uia illoz tene  
bre et lubricum: et angl's d'ni  
psequens eos. **Q**uo gratis ab  
sconderunt in interitu laquei  
sui sup uacue: exprobrauerit  
anima mea. **V**eniat illi la  
queus que ignorat: & capcio  
qua abscondit apprehendat eu:  
& in laqueu cadat in ipso.  
**A**nima au mea exultabit i d'no.

30  
et delectabitur super salutari suo.

**O**mnia ossa mea dicent: dñe  
quis similis t. **E**ripient iopē  
de manu fortiorū eius. egenuū  
et paupē a diripientib⁹ eum.

**S**urgentes testes iniqui: que  
ignorabā interrogabant me.

**R**ebuebant mala p̄ bonis: ste-  
rilitatē anime mee. **E**go autē  
cum in molesti essent: indu-  
bar cilicio. **H**umiliabam in  
iunio animā meā: et orō mea in  
sinum meum conuertetur:

**Q**uasi proximū quasi frēm nr̄m  
sic complacebam: quasi lugrēs  
et contristatus sic humiliabar:

**E**t aduersū me letati sūt et

30

conuenerunt. congregata sunt  
sup me flagella et ignorauit.

**D**issipati sunt nec cōpuncti.  
temptauerunt me. subanna  
uerunt me subannatione. fren  
duerit sup me dentib; suis. **D**o  
mine quando respicies restitue  
animā meā. a malignitate eoz.  
a leonib; unicā meam. **C**on  
fitebor t̄ in ecclā magna. i p̄lo  
gravi laudabo te. **N**on super  
gaudeant in qui aduersant  
michi inique. qui oderunt me  
gratis & annuunt oculis. **Q**m̄  
in quiete pacifice loquebant.  
& in iracundia terre loquentes  
dolos cogitabant. **E**t dilata

31  
**U**erunt sup me os suum. di-  
xerunt eugue eugue uideit  
oculi nri. **V**idisti dne ne sile-  
as ne discedas a me. **E**xur-  
ge dne & intende iudicio meo:  
ds ms et dns ms in causā meā.

**I**udica me scdm iusticiā meā  
dne ds ms. & n̄ supgaudeat m̄.

**N**on dicant in cordib; suis euge  
euge anime nre. nec dicant de-  
uorauimus eos. **E**rubescant  
et reuerantur: simul qui gra-  
tulantur malis meis. **I**nduāt  
confusione et reuerencia: qui  
maligna locuntur sup me.

**E**xultent et letentur qui uolūt  
iusticiam meā: & dicant semp

3. *cyuli ent et lei ent ut q uolunt iusticia mōi  
et dicant semp mag iusticia dī. q uolunt p mō*

*serui eius*  
magnificet̄ dñs qui dili-  
**sed** gunt pacem serui ei. **E**t  
lingua mea meditabit̄ iustici-  
am tuā: tota die laudē tuā. **ps**

**D**ixit iniustus ut delinquat  
in semetipso: n̄ est timor dei  
ante oculos eius. **Q**uō do-  
lo se egit in conspectu eius: ut in-  
ueniatur iniquitas eius ad odi-  
um. **V**erba oris eius iniquitas  
et dolus: noluit intelligere ut  
bene ageret. **I**niquitatē me-  
ditatus est in cubili suo: astitit  
omni uie n̄ bone maliciam aut̄  
n̄ odit. **D**ñe in celo misericō-  
dia tua: & ueritas tua usq; ad nu-  
bes. **I**usticia tua sicut mon-

tes dei iudicia tua abyssus mul-  
ta. **H**omines et iumenta sal-  
uabis dñe. quemadmodum  
multiplicasti misericordiam tuam dñs.

**F**ili autem hominum integritate  
alaz tuaz spabunt. **I**nebri-  
buntur ab ubertate domus tue  
& torrente uoluptatis tue pota-  
bis eos. **Q**uoniam apud te est fons  
uite. & in lumine tuo uidebim<sup>9</sup>  
lumen. **P**retende misericordiam tuam  
scientibus te. & iusticiam tuam  
his qui recto sunt corde. **N**on  
ueniat michi pes supbie. et ma-  
nus peccatoris non moueat me. **I**bi  
cecidertit qui operantur iniquitate.  
expulsi sunt nec potuerit stare.

*ā. Expugna iniqui-  
tantes me.*

**N**o: 2: 1: emulari in malignan-  
tibus: neq: zelaueris  
fatientes iniquitatem.  
**Q**uo tamquam fenum  
uelociter arescent. et quemadmo-  
dum olera herbarum cito decidet.  
**S**pera in dno et fac bonitate:  
& inhabita terram et pascaris  
in diuiciis eius. **D**electare in  
dno & dabit t. petitiones cor-  
dis tui. **E**t educet quasi lumen  
iusticiam tuam: & iudiciu tuu  
tamquam meridiem subditus esto  
dno et ora eu. **N**oli emulari  
in eo qui prosperatur in uia sua:  
in homine fatiente iniusticias.  
**Q**uo qui malignant extirpantur

Revela dno uia  
tua & sps meo  
et ipse faciet.

buntur: <sup>alien</sup> iusti. <sup>tes</sup> autē dñm  
 ipi hereditabunt terrā. **D**esi- <sup>m</sup>  
 ne ab ira et derelinque furore:  
 noli emulari ut maligneris.

**E**t adhuc pusillū et n̄ erit pec-  
 cator: et queres locum ei et n̄ i-  
 uenies. **O** ansueti autē ipi he-  
 reditabunt terram: et delecta-  
 buntur in multitudine pacis.

**O** bseruabit peccator iustum: et  
 stridebit sup eum dentibz suis.

**D**ñs autē iridebit eum: quō  
 p̄spicit qd uenient dies eius.

**G**ladium euaginauerūt peccatores:  
 intenderunt arcum suū. **V**t  
 decipiant paupē et inopem:  
 ut trucident rectos corde. **G**la



diuis eorum intret in corda ipsorum: et  
arcus eorum confringatur: **O**mnis  
est modicum iusto: super diuicias  
peccatorum multas. **Q**uia uero brachia  
peccatorum conterentur: confirmat autem  
iustos dominus. **N**on erit dominus dies  
immaculatoz: et hereditas eorum  
in eternum erit. **N**on confundetur  
in tempore malo: et in diebus famis  
saturabuntur quia peccatores peribunt.  
**I**nimici uero domini mox honori-  
ficati fuerunt et exaltati: defici-  
entes quemadmodum fumus defi-  
cient. **M**eritum peccatorum et non  
soluet: iustus autem miseretur et re-  
tribuet. **Q**uia benedicti hereditabunt terram: maledicti

tes aũ ei dispribunt. **A** p̄rit  
 dñm gressus hominis dirigent.  
 & viam eius uolet. **C**um ceci  
 derit ñ collidet. quia dñs suppo  
 nit manum suã. **I**unior fuit et  
 enim seniu. et ñ uidi iustum de  
 relictum. nec semen eius querēs  
 panem. **T**ota die miseret et  
 cōmodat. & sem̄ illi i benedicti  
 one erit. **D**eclina a malo et  
 fac bonum. & inhabita i sc̄lin  
 sc̄li. **Q**uia dñs amat iudiciũ.  
 & ñ derelinquet sc̄os suos ine  
 ternum cōseruabunt. **I**n iusti  
 punient. et semen impioꝝ p̄ib.  
**I**usti aut̄ hereditabunt ter  
 ram. & inhabitab̄ i sc̄lin sc̄li sup

eam. **O**s iusti meditabitur sapi-  
entiam: et lingua eius loquetur iu-  
dicium. **L**ex dei eius in corde eius:  
et non subplantabuntur gressus eius.

**C**onsiderat peccator iustum: et  
querit mortificare eum. **D**ominus autem  
non derelinquet eum in manibus eius:  
nec dampnabit eum cum iudicabitur  
illi.

**E**xpecta dominum et custodi  
uiam eius: et exaltabit te ut  
hereditate capias terram: cum p-  
uerint peccatores uidebis. **V**i-  
di impium superexaltatum: et e-  
leuatum sicut cedros libani.

**E**t transiui et ecce non erat: que-  
siui eum et non est inuentus locus  
eius. **C**ustodi innocentiam et

35  
uide equitate. quō sunt relique  
homini pacifico. **I**n iusti autē  
dispibunt simul. relique im  
pioꝝ interibunt. **S** alus autē  
iustoz a dno. et p̄tector eoz in tē  
pore t̄bulationis. **E**t adiuua  
bit eos dñs et liberabit eos. &  
eruet eos a peccatoribz. & salua  
bit eos quia spauerūt ī eo. **ps**

**D**ñe ne in furore tuo ar  
guas me. neq; in ira tua  
corripas me. **Q**uō sa  
gitte tue infixe sunt in. et cō  
firmasti sup me manum tuā.  
**N**on est sanitas in carne mea:  
a fatie ire tue. n̄ est pax ossibz  
meis a fatie peccoz meoz. **Q**m̄

iniquitates mee supgresse s̄ ca-  
put meum. & sicut onus graue  
grauate sunt sup me. **P** utru-  
erunt et corrupte s̄ cicatrices  
mee. a fatie insipientie mee.

**M**iser factus sum et curuatus.  
sum usq; in finē. tota die cōtri-  
stus ingrediebar. **Q** uō lūbi  
mei impleti s̄ illusionibz. & n̄  
est sanitas in carne mea. **A**f-  
flictus sum & humiliat' sū ni-  
mis. rugiebam a gemitu cordis  
mei. **D** nē ante te omne deside-  
rium meū. et gemit' meus a te  
n̄ est abscondit'. **C**or meū cō-  
turbatum est dereliquit me  
uirus mea. et lūm oculoz meoz

& ipm n̄ est mecu. **A** mici mei  
 & pximi mei aduersu me ap-  
 pinguauerunt & steterunt. **E**t q̄  
 iuxta me erant de longe steterunt  
 & uim faciebant qui querebat  
 animā meā. **E**t qui inquire-  
 bant mala in locuti sunt uani-  
 tates et dolos tota die medita-  
 bant. **E**go aut̄ tamquā sur-  
 dus n̄ aucliebā. & sicut mutus  
 n̄ aprens os suū. **E**t factus  
 sum sicut homo n̄ audiens. et  
 n̄ habens in ore suo reclargui-  
 onē. **Q**uō in te dñe spau. tu  
 exaudies me dñe d̄s n̄s. **Q**uā  
 dixi ne quando supgaudeat  
 in inimici mei. et dum cōmo

uentur pedes mei sup me mag  
na locuti sunt. **Q**uō ego in  
flagella paratus sū et dolor  
meo mīs in conspectu semp. **Q**uō  
iniquitatē meā annuntiabo et  
cogitabo p peccō meo. **I**nimi  
ci autē mei uiuent et confirmati  
sunt sup me et multiplicati sūt  
qui oderunt me unque. **Q**ui  
retribuunt mala p bonis detre  
bant mī quō sequebar bonitatē  
**N**on derelinquas me domi  
ne deus meus ne discesseris  
a me. **I**ntende in adiutori  
um meum domine deus sa  
lutis mee. **ps** — **v** — **v**

*2. Reuida dno viā  
mā. v. Dne i celo  
nūa r*

Jer. III

W



vias meas: ut n̄ delinquā ī  
 lingua mea. **P** osui ori meo  
 custodiam: cum cōsisteret pec  
 cator aduersum me. **O** bmu  
 tuū et humiliatus sum et siliū  
 a bonis: & dolor m̄s renouat  
 est. **C** oncaluit cor meū intra  
 me: et in meditacione mea ex



ardescet ignis. **L**ocutus sum  
in lingua mea: notum fac in  
dne finem meum. **E**t numerum  
dierum meorum quis est ut sciam quod  
desit mihi. **E**cce mensurabiles  
posuisti dies meos: & substan-  
tia mea tanquam nichilum ante  
te. **V**eruntamen uniuersa  
uanitas: omnis homo uanes.  
**V**eruntamen in imagine preterit  
homo: s; & frustra conturbatur:  
**T**hesaurizat & ignorat: cui  
congregabit ea. **E**t nunc que  
est expectatio mea: in dne dñs &  
substantia mea apud te est.  
**A**b omnibus iniquitatibus meis  
erue me: obprobrium insipientium

ti dedisti me. **O** bmutui et n̄  
apui os meū quō tu fecisti. a  
moue a me plagas meas.

**A** fortitudine manus tue ego de-  
feci in increpacionibꝫ. ppter iniq-  
tatem corripuisti hominē. **E**t  
tabescere fecisti sicut araneam  
animā meā. ueruntamen uane  
conturbatur omnis hō. **E**x-  
audi orōnē meā dñe. & depre-  
cationē meā. auribꝫ pcipe lac-  
mas meas. **N**e sileas quō ego  
aduenā sū. apuit te & pēgnus  
sicut omnes patres mei. **R**e-  
mitte m̄ ut refrigerer p̄usquā  
abeam. et amplius non ero.

**PSALMVS DAVID.**

**S**x p: e: c: tant expecta  
ui dñm et intendit in.  
**E**t exaudiuit preces  
meas & eduxit me de lacu mi  
serie et de luto fecis. **E**t statu  
it supra petra pedes meos: &  
duxit gressus meos. **E**t imi  
sit in os meū canticū nouū car  
men deo nrō. **V**idebunt mul  
ti et timebunt: et spabūt ī dño.  
**B**eatus uir cuius est nomen  
dñi spes eius: & n̄ respexit ī  
uanitates et insanas falsas.  
**M**ulta fecisti tu dñe d's m's mi  
rabilia tua: & cogitationibus  
tuis n̄ est qui similis sit tibi.  
**A**nnuntiaui et locutus sū mul

39  
triplicati sunt sup numerum.  
**S**acrificium & oblatione noluit:  
aures aut p̄fecisti m̄. **H**olo  
caustum et p̄ peccato n̄ postu  
lasti. tunc dixi ecce uenio. **I**n  
capite libri scriptum est de me.  
ut facerē uoluntatē tuā d̄s m̄s  
uolui. et legē tuā in medio cor  
dis mei. **A**nnuntiaui iusticiā  
tuā i ecclā magna. ecce labia  
mea n̄ p̄bebo d̄ne tu scisti.  
**I**usticiā tuā n̄ abscondi. i cor  
de meo. ueritatē tuā et salu  
tare tuū dixi. **N**on abscondi  
miseriam tuā et ueritatē tuā.  
a concilio multo. **T**u autē  
d̄ne ne longe farias miseratio

nes tuas a me. misericordia tua et  
ueritas tua semper susceperunt  
me. **Q**uoniam circumdederunt me  
mala quorum non est numerus. com-  
prehenderunt me iniquitates  
mee et non potui ut uiderem. **M**ul-  
tiplicati sunt super capillos capi-  
tis mei. et cor meum dereliquit  
me. **C**omplaceat tibi domine ut e-  
ruas me. domine ad adiuuandum  
me respice. **C**onfundantur et  
reuerentur simul qui querunt  
animam meam ut auferant eam. ¶

**F**erant confestum confusionem  
suam. qui dicunt in euge euge.  
**A**xtillent et letentur super te omnes  
querentes te. et dicant semper

¶ **C**onfundantur et reuerentur  
qui uolunt michi mala.

